



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Mysticvm Heliotropivm Hoc Est Selectæ Indvstriæ Ad Unionem Cum Deo consequendam

Gianotti, Alfonso

Ingolstadii, 1658

Industria VI. Puræ Intentionis semper habendæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-51801](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-51801)

Speri sive adversi eventus sive animam sive corpus concernentes (excepto solo peccato) conformiter inscrutabilibus quidem, sed admirandis & justis ipsius judicijs.

INDUSTRIA VI.

Puræ Intentionis.

SExta est, quòd, sicut ratio dicitur, omne bonum, & quidquid tu alijs accipis, accipitis, & accepturi estis, tanquam beneficium ac donam à presenti DEO tuo, tanquam summo Principio profectū practice agnoscendū esse (ut supra dictum est) ita eadem ratio postulet, ut ad ipsum tanquam summum ac ultimum finem dirigas, illique offe-

ras per manum S. Angeli tui totū
id, quod es, omnem facultatem, &
actionem tuam, adjungens plura
virtutum motiva, & plures in-
tendens fines; simul desiderans plu-
ra, & frequentius agere vel pati.
Maximè autem sub initium, me-
dium, vel finem tuarum opera-
tionum dic amentis: Mi DEUS
bonum meum præsentissimè
ad maius beneplacitum & glori-
am tuam hoc agam: Tu
quia hoc dignus es, cum sis in-
finitum bonum, cum opere
isto meipsum quoque dona-
utinam sic simul offerre & do-
nare possem omnium, qui
te non amant, cor-
da!

COLLO.

COLLOQVIUM VI.

Pro tempore Matutino.

Domine DEVS præsentif-
 sime, & amantissime Pa-
 ter mi, in unione meritorum
 Domini mei IESV CHRISTI,
 Sanctissimæ Virginis, & om-
 nium Sanctorum, per eorundē
 & S. Angeli mei custodis ma-
 num, & omnium creaturarum
 nomine, non solum pro nunc,
 sed pro omni æternitate quan-
 tum in me est, maiori, quo
 possum, affectu, & modo, quē
 scis meliorem tibiq; acceptio-
 rem esse, offero Divinæ Maie-
 stati tuæ omnia mea verba, co-
 gitationes, & opera, hodie &

F 3 toto

toto meæ vitæ tempore per
genda, insuper me ipsum te
tum, præcipuè verò orationis
sacrum, officium diurnum
vnà cum alijs spiritualibus
exercitijs, functiones omnes
& quidquid egero pro ratione
officij mei, comestionem, re
creationem, & ipsum etiam
somnia, cum intentione

Primò, placendi tibi solus
quia ob infinitam tuam boni
tatem & perfectionem dignus
es.

2. Quia sic spero, me, per
infinitam tuam bonitatem
amorem, & fidelitatē, obtine
turum gratiam & gloriam.

3. Quia credo, te hîc præ
sentem

sentem esse, posse, & velle audire me, & exaudire.

4. Quia istis actionibus te honorare, tibi que servire cupio, velut meo primo Principio, & ultimo fini.

5. Quia sic imitari intendo meum & tuum IESVM, ô æternæ Pater, Sanctissimamq; Virginem, & omnes sanctos tuos.

6. Quia hoc modo refarcire desidero oblivionem ingratitude, & injurias, quibus ego cum alijs peccatoribus te offendimus.

7. Quia hoc requirit obligatio gratitudinis pro tuo amore, ac beneficijs mihi, alijs que exhibitis.

F 4

8. Quia

8. Quia bene operando evadere cupio poenas Purgatorum multò magis Inferni.

9. Ut actiones meae iustae & bonae exempla edificent proximum, illique vel vivo mortuo profint.

10. Propter bonum, quod in rempublicam Christianam aut Religiosam, cuius membrum sum, inde resultat.

11. Quia operibus virtutis mereri volo à te Deo meo gratiam & gloriam.

12. Ut impetrem à tua liberalissimâ manu auxilium & favorem in meam & aliorum utilitatem.

13. Quia tali modo pro peccatis peccatis

peccatis meis debita Iustitiæ
tuæ satisfacere desidero.

14. Quia sic obedio, mi Deus
& Domine, Tibi, sanctisque
præceptis & regulis tuis.

15. Ut hâc monetâ operum
virtuosorû solvam debita, ad
quæ vel Iustitia vel Fidelitas
alijs præstanda me obligat.

16. Ut subijciam me divinæ
tuæ Maieitati velut indignissi-
mum, & egentissimû propter
peccata mea.

17. Quia sanctè operando
reprimere, & vincere volo in-
ordinatarum passionum mea-
rum difficultates.

18. Ut labore & exercitio
corporis & animæ impediam,

F s aut

aut vincam motus & cogitationes castitati contrarias,

19. Quia hoc dicitur verum prudentia, ut quamdiu bona valetudo, & tempus conceditur, bene operer, meque virtutum exercitio strenue exercam.

20. Quia honestati, rationique conforme est, ut virtutes exerceam.

Denique hæc ipsa præcedentia motiva virtutum, propter quæ operationes meas perficere intendo, omnia offero, tibi amabilissimo & Summo Bono meo complacem, adjuvame, ut cum gratia et incipiam, prosequar & finire

omnes operationes meas ad
maiorē tuam gloriam, Amen.

PRAxis PER DIEM

A *D* initium *pr*acipue alicuius
*act*ionis *inter*diu *exercenda*,
toto cordis affectu dic:

Mi DEVS præsentissime, mo-
do quo possum optimo, hoc
opus tibi offero

Primò, ut placeam tibi tan-
quam summo & superamabi-
lissimo Bono, in quod credo
& spero.

2. Ut gratias referam amo-
ri & beneficijs tuis, nobis om-
nibus exhibitis.

3. In satisfactionem pecca-
torum meorum & debitarum
ipsis pœnarum.

4. Ut

4. Ut merear & impetrem gratiam & virtutem, gloriam & omne bonum.

5. Ut imiter IESUM, MARIAM, & Sanctos. Et propter illa motiva denique, propter quæ manè tibi omnes operationes meas obtuli, Amen. Actiones nostras &c.

INTER OPERANDUM

Quando occupatus es regendam peragenda, præsertim qua longioris moræ, aut quæ studiosa est, quæ commodum vel delectationem parit; vel quando teris aliquam distractionem, tentationem vanitatis, vanæ placentiæ, vel alterius vitiosi

tivi, confestim oculo fidei Domi-
num DEUM presentem aspici-
ens sapius repete: Ah mi DEVS!
ad solam tuam gloriam; Do-
mine, ut tibi solùm placeam.
Amantissime Pater nulli alij,
præterquàm tibi. Gloria Patri,
& Filio, & Spiritui sancto. Glo-
ria tibi Domine, qui natus es
de Virgine &c.

IN FINE OPERVM.

D Vos ad minimum elicias
actus virtutum erga Deum
tuum, qui præsens te in per-
ficiendo hoc vel illo opere adjuvit;
Primum, gratiarum actionis, di-
cendo: DEO gratias. Laus DEO;
Benedictus sit DEVS meus, qui
G adju-

adjuvit me in hoc opere er
 quendo. *Secundum*, contritio
 et detestationis defectum in
 his operationibus commissur
 dicendo: Dimitte mihi Dom
 ne, quidquid contra te
 Peccavi Domine, miserere;
 si velis *utrumq;* hunc actum
 conjungere, dic eo spiritu, quo
 eta *Mater tua Ecclesia* prof
 Tu autem Domine miserere
 nobis; Deo gratias.

ADMONITIO NOT
 TV DIGNA.

Commendo tibi *praxim*
 exercitij magis quam
 cunque alterius, utpote
 gentiliorem, magis que necessitat

præ alijs, quas adhibere potes. Et
præter multas rationes, quæ ad-
diti possent, & forsitan aliâ oc-
cassione adducentur, vel maximè
illa observanda est, quòd scilicet
operationes tuæ, etiam adiaphoræ,
& naturales, quales sunt come-
dere, recreare se, dormire & c. si
ad v. otivum & finem supernatu-
ralè dirigis omnes nò tantùm red-
dantur sanctæ & meritoria (si
tamen ingratiâ sis constitutus) sed
etiam tot distincta merita acqui-
ras, quot motiva, & fines virtuosè
erunt, propter quos operari, & in
ordine ad quos actiones tuas diri-
gis, & sic vna eademque operatio,
exempli gratia, dare elemosynam,
orare, ieiunare, & c. tantum pro-
derit

derit tibi, & tantum illa meriti-
 ris apud DEVM, iustum labo-
 rem, quantum meritis fuiffes,
 tot distinctos actus virtutum
 cuiffes, quot bona motiva &
 intentiones eidem operationi pra-
 gis, & ideo pro primâ tuâ ma-
 tina intentione viginti motiva
 verfarum virtutum tibi propo-
 quibus tamen, in aliquibus
 actionibus, alia adjungi possunt.

Quod si tibi lubeat scire
 virtutū & motiva, quae sunt
 intentione longiore propo-
 re, ea tibi nunc eodem oratione
 ponam.

Prima, Charitas. 2. Spes. 3. Fides.
 des. 4. Religio. 5. Imitatio Sa-
 ctorum. 6. Pœnitentia, & Zelo
 hona.

honoris Divini. 7. Gratitude. 8. Timor supernaturalis. 9. Charitas fraterna. 10. Pietas & Iustitia legalis. 11. Meritum 12. Imperatio 13. Satisfactio vel Iustitia vindicativa. 14. Obedientia. 15. Iustitia & Fidelitas. 16. Humilitas, 17. Fortitudo & Mortificatio, 18. Castitas. 19. Prudentia. 20. Virtus in genere.

Spiritualem igitur hanc adeo fructuosam Alchimiam exerce, qua actiones tuas etiam indifferentes tam pretiosas & multiplices efficit; constanter supera omnem difficultatem, qua in facienda sepius per diem simili intentione occurrere posset, etiam si aliud exercitium spirituale non faceres; &

G 3 certus

certus sis, quod valde divites
 meritis & consolatione in mor-
 tuâ te reperiturus sis. Crede hoc
 exequere, ut *DEVS* ac *Domine*
 noster tibi, mihi, & omnibus
 cecum & perseverantem gratiam
 largiri dignetur. Amen.

INDUSTRIA VII

Modi, omnia in spiritualem
 sensum convertendi.

Septima est, ut ex perfectio-
 bus & proprietatibus creatu-
 rarum sensibilium, quas
 signis aut notis viam tibi affert
 ad proprietates, & bona spiri-
 tualia in Deo tuo vel anima tua
 significata, quasi ad sanctas *Contemplationes*
 notas; atque ita ex aspectu ali-